



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt XL. Vigesima prima morborum caussa, vt per eos non solùm ad supernaturalia remedia sed etiam ad varia virtutum, & pietatis ac religionis opera incitemur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

CAPVT XL.

Vigesima prima morborum causfa, vt per eos non solum ad supernaturalia remedia, sed etiam ad varia virtutum, & pietatis, ac religionis opera incitemur.

I.
S. Gregor. l. 1.
dial, c. 30.



S. Augustina
lib. 22. de ci-
uit. cap. 8.

Gregorius, cum ex eo quaereretur, Sanctine miracula virtute semper orationis impetrent, an aliquando etiam solo voluntatis exhibeant nutu? respondit: Qui deuota mente DEO adharent, cum rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo utroq, solent, vt mira quaq, aliquando ex prece faciant, aliquando ex potestate. S. Augustinus plures modos indicat, dum ostendit, non tantum tempore Christi & Apostolorum, sed etiam postea, sanitarum miraculis, fidei nostrae mysteria fuisse confirmata: ita enim loquitur: *Etiam nunc sunt miracula in eius nomine, siue per Sacramenta eius, siue per orationes, vel memorias Sanctorum eius.* Nos ex supradictis plures modos enumerabimus, aut classes spiritualium remediorum, vt optio sit, pro cuiusque conditione, eligendi, aut exercendi, sanitatis impetrande gratia, pietatem.

II.
Suprà cap 30.
§. 9.

S. Athanasia
vita S. An-
tonij.

Ephes. 6. 16.

1. Itaque supra docuimus, CHRISTVM plerumque fidem exegisse ab eis, qui sanari cupiebant. Immo hoc ipso, quia petierunt, crediderunt. Cur enim peterent id, quod fieri non posse crederent? Crediderunt ergo aliquam supernaturalem esse in Christo sanandi potestatem, siue simul, siue postea etiam crediderint conjunctam illi potentiae diuinitatem. Ne ergo morbus à sarana immitteretur, vel vt immixtus excutiat, fortissimum antidotum est Catholica fides. Ita docuit Magnus Antonius, cuius ad fratres hæc vox fuit: *Magna, dilectissimi, aduersus demonem, arma sunt, vita sincera, & intemerata in DEVM fides.* Fides, ne tela Orci vulnerent, scutum est, lorica est; medicina, si vulnerant. Istud Apostolus Ephesios docuit, his verbis: *Induite vos armaturam DEI vt possitis stare aduersus insidias diaboli, &c. in omnibus sumentes scutum fidei, in quo positus omnia tela nequissimi ignea extinguere, si quem ea iam incenderunt.* Sunt enim

enim non tantum suggestiones diaboli ignea, seu instar ignis ardentia & penetrantia tela, sed ipsi etiam morbi igniti. Quibus ne ab hoste è Tartareis flammis veniente laedamur, etiam lorica fidei induenda est; quod Thessalonicenses monuit Apostolus: *Nos, inquit, qui diei sumus, sobrii sumus, induti lorica fidei.* Quod remedium sapienter Ephesijs, & Thessalonicensibus præscripsit Apostolus, apud utrosque enim & diabolus, & diabolicæ artes plurimum valuerunt. Neque enim magi Thessaliam dumtaxat, sed Ephesios etiam Ephesæ literæ infamauerunt. Quamquam non intra hos se se veneficia terminos continuerunt. Itaque ubique fides, tamquam scutum, aut lorica vsurpanda est; immò & tamquam medicina. Duobus rem exemplis confirmo, de milibus.

Primum scribit Cornelius Kempensis, circa tempora Lotharij Imp. fuisse passim, in Frisia, multa laruarum infernalium spectra, quæ in paruo quodam supereminens collis supercilio subterraneum habebant specum, absque humana ope, artificio præstigiioso extractum, in quo residebant, quas antiqui vocabant Albas Nymphas. Harum speciem adumbratam, non veram fuisse, constat. Hæ solebant nocturnos viatores, gregumque & armentorum intentos excubijs, & puerperas, cum infantibus sapissimè in abdita sua, & subterranea antra clanculum abducere; in quibus subinde subterranei murmuris sonus, atque etiam vagitus infantium auditi sunt; & præterea etiam ingens fletus & gemitus hominum, & quandoque musarum concentus, & voces dubia aure colligebantur. Qua de causa magna fiebat custodia prægnantium mulierum & paruulorum infantium, ne ab istis Nymphis infernalibus clam abriperentur. Quæ omnes dæmonum illusiones, post agnitum sincerum Dei Evangelium (erant enim tunc Frisij Sabellij & Arii erroribus dementati) evanuerunt, & in nihilum redactæ sunt. Scripsit enim S. Odolphus contra eiusmodi illusiones dæmonum chartam de SS. Trinitate, quam per Ecclesias & Parochias Frisæ Sacerdotibus misit, ut in populo frequenter legeretur. In vtraque India non solum præstigiæ, & oracula, sed etiam visibilia spectra Indos miserabiliter verberantia & vexantia passim erant, quæ fide Chri-

1. Thessal. 5. 8.

III.
Cornel Kempensis lib. 3. de origin. & situ Frisæ. cap. 31.

436 Cap. XL. *Vigesima prima morb. caus. varia operâ pietatis*
stiana illuc introducta, magna ex parte cessauerunt: nimirum
Euangelica luce præsentate facillè fugantur principes tenebra-
rum.

IV.

S. Greg. Tur.
lib. 1. mirac.
S. Martini
cap. 11.
Baron. Tom.
7. An. 560.

Psal. 82. 17.

Alterum exemplum ostendit, fidem etiam contra morbos
sæpe validum esse medicamentum, refertur autem à Gregorio
Turonensi, qui scribit, Charrarici cuiusdam regis Gallicie fi-
lium ita grauiter ægrotasse, vt solo spiritu palpiteret. Pater au-
tem eius Ariana hæresi erat infectus, ad quam impiam sectam,
etiam subditos traxerat. Mentis infectione, sequebatur infectio
corporum. Nam in nulla alia regione plures lepra aspersi inue-
niebantur. Rectè dixit Propheta: *Imple facies eorum ignominia,*
& quærent nomen tuum, Domine. Hoc & regi huic euenit, qui
cùm videret, filium suum in vltimo esse vitæ discrimine, è mini-
stris suis remedium quærens dixit: *Martinus ille, quem in Gallia*
dicunt, multis virtutibus effulgere, cuius, quæso, religionis fuerit,
enarrate. Responderunt: *Catholica fidei populum pastorali cura in*
corpore positus gubernauit, asserens, cum Patre & Spiritu sancto Fi-
lium equali honore venerandum. Qui adhuc hodie non cessat de
cælo mortalibus benefacere. Hac re audita, aurum argentumq;
ad filij ægroti pondus pensatum misit ad D. Martini sepulchrum,
illud adijciens, si sanitatem, qui missi erant, filio impetrarent, se
idem, quod Martinus credidit, crediturum. Ierunt, munera
detulerunt, miracula complura coràm viderunt, sed filio regis
sanitatem non integram impetrârunt, rege adhuc etiam non in-
tegra fide credente. *At ille intelligens, non antè sanari posse filium,*
nisi æqualem cum Patre crederet Christum, in honorem B. Martini
fabricauit Ecclesiam, miroq; opere expeditâ, proclamat: Si suscipere
mereor viri iusti reliquias, quodcumque sacerdotes predicauerint, cre-
dam. Dixit, & alia ad D. Martinum donatiua misit. Legati, ob-
latis muneribus, & reliquijs sancti viri obtentis cùm redirent,
vnâ cum sacris ossibus etiam sanitatem & filio, & regno regis
retulerunt. Quippe ea pignora, vt ait S. Gregorius, *cum summa*
veneratione suscipientes, fidem miraculis firmant. Nam filius regis di-
missa omni ægritudine, sanus properat ad occursum: *Rex verò vnita-*
tem Patris, & Filij, & Spiritus sancti cōfessus, cum omni domo sua chri-
smatus est. Squallor lepræ è populo pellitur, & omnes infirmi saluantur;

nec unquam ibi usque nunc super aliquem lepra morbus apparuit. Quis unquam Hercules adeo fuit alexicacus, ut Sanctus iste? Sed fidem exegit: & fidem integram ante habere voluit, quam conferre integram sanitatem. Est quidem ita, non omnes, qui vera fide credunt in Christum, morbis liberantur, quia non omnibus prodest; attamen multos legimus, quibus etiam ad sanitatem profuit, credidisse; in haeresi autem obstinatis si talia non contingunt, quid mirum? Miracula contemnentibus non profunt. Maneant ergo leprosi, si nolunt esse miraculosi.

2. Ostendimus, Apostolos, ne propriae virtuti miracula tribuerent, sanitatem disertè, non in suo; sed in nomine IESU CHRISTI Nazareni contulisse. Et quando sacerdotès super claudo sanato statuentes eum in medio, interrogabant Petrum & Ioannem: In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus Spiritu sancto Petrus dixit ad eos: Principes populi, & seniores audite: Si nos hodie dydicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel: quia in nomine Domini nostri IESU CHRISTI Nazareni, quem vos crucifixistis, quem DEUS suscitavit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hæc est compensatio, nominis exaltatio. CHRISTVS humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine IESU omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESUS CHRISTVS in gloria est DEI Patris. Hinc damnati Spiritus ad hoc nomen contremiscunt. Hinc morbi & dolores cadunt. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. In quam rem insignis historia narratur à Nicephoro, vel ideò non omittenda, quia demonstrat, non solum morbos hoc nomine depulso, sed etiam ea ipsa depulsione regem, & reginam, & totum populum fuisse ad Christum conversum.

Iberi, inquit Nicephorus, gens barbara & bellicosa, Christiani facti sunt, Constantino Romanum Imperium administrante. Habitat autem hac natio in intentiore Armenia parte ad Septentrionem & Euxinum versus. Sunt autem Iberorum in Hispania colani. Praest

V.
Suprà cap. 39.
§. 2. & 6.
Actor. 4. 7.

Phil. 2. 8.

Actor. 4. 12.

VI.
Nicephor. 1. 8.
hist. Eccl.
cap. 34.



eis in Religione colendâ captiua quedam mulier: qua cum alias semper
 pudicè castèq; vixerat, tum captiua quoq; nihil de pietate sanctioreq;
 instituto remisit. Nam diu noctuq; pietatis exercitia exhibebat, ieiunij
 plurimum vacabat, continuèq; precationibus insistebat. Itaque
 Barbari nouo vite instituto viso, eam admirari, & quam de causâ
 hoc sic faceret, percontari. Illa porò candidè, & simpliciter, sic CHRIS-
 TVM FILIVM DEI coli oportere, dicebat. Tum Barbari & nomine, &
 religione eius, qui sic coleretur, audito, obstupuerunt. Interea accidit,
 ut Regis filius etiamnum infans grauiter agrotaret, & mater patrio
 quodam more ad alias eum mitteret mulieres, quò faciliùs remedium
 mali reperiri posset. Vt autem puer à nutrice circumlatus est, neque
 meliusculè habuit, tandem etiam ad captiuam illam deportatus est.
 Quæ in multorum presentia, nihil sanè ex materiâ aliquâ compositi
 remediij admouit, neque enim se quidquam eiusmodi scire affirmavit:
 sed puero in linteolo, quod ei è pilis contextum erat, jam lacernam, re-
 posito, simplicem ei fecit medicinam, nomine Christi super eo inuocato.
 Et ecce qui in ea erat expectatione, ut protinus moreretur, quàm pri-
 mùm precatio est facta, liber à periculo fuit. Ex eo tempore præclara
 eius mulieris fuit fama, mariq; pueri, & alijs faminis innotuit. Nec
 ita multò post, & eam ipsam pueri matrem incurabili oppressam mor-
 bo, eodem restituit modo: eamq; exhortata. ut ei deinceps diuinum præ-
 stare cultum gratiamq; haberet, qui bonorum conciliator, veraq; sa-
 lutis, vitæ, & regni sit dator. Eum esse Christum, verum VERBUM,
 & post ea quotidie ad eam frequentans, salutaria ei vera pietatis exhi-
 buit medicamenta. Quapropter Regina re ipsa dictorum veritate
 in se ipsa cognitâ, hominem in magno habuit honore; sed enim Rex,
 cum è coniuge, & celeritatem, & rationem remediij intellexisset, donis
 mulierem munerari voluit. At illa nihil sibi opus pecunijs esse dixit,
 cui abundè in Christo suppetere opes omnes: sibiq; ingentis muneris
 loco fore, si & ipsi eundem Numinis cultum complecterentur. His
 ita dictis munus satis grande ad Regem remisit. Cuius loco longè
 plus reportauit, etiam in terris. Nam Regina primùm, postea &
 Rex Christo nomen dederunt, & rege præeunte populus vni-
 uersus. Sic inualitudo remedium quærere; remedium & fidem
 & sanitatem, in nomine IESV, docuit inuenire. Vtinam scirent
 homines vim huius Nominis contra stygem, contraque aduersa
 omnia!

omnia! profecto numquam illud ex corde dimitterent, sapius etiam ore inuocarent. Sed de eo multa dixi in proprio libro de Nomine IESV.

3. Docuimus, fieri sanitatum miracula non solum, per nomen IESV, sed etiam per memorias Sanctorum eius, vt D. Augustinus loquitur, hoc est, per nomea, templa, sepulchra, aras, reliquias, inuocationemque Deiparæ, Diuorumque ceterorum. Nam DEVS etiam in Sanctorum suorum honoribus honoratur; immò ipse Sanctos suos miraculis honorat, dum ad eorum nomen, opemque inuocatam, morbos pellit, vt illis, apud homines, & honorem concilet, & autoritatem. Nec enim sine causa dictum est: *Nimis honorificati sunt amici tui DEVS*. In primis autem Mater DEI, quæ vitam salutemque in CHRISTO reduxit, sicut Eua mortem morbosque induxit. Ideoque S. Athanasius ait: *Quandoquidem ipse Rex est, qui natus est ex Virgine, idemque Dominus & DEVS; eapropter & Mater, qua eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara proprie, & verè censetur. Ista noua Eua Mater vita appellatur, variegataque, permanet, ad primitias vite immortalis omnium videntium.* Vt enim, per eius preces speremus vitam immortalem, sæpe per illam DEVS, multis grauib. morbis abactis, vitam prolongat mortalem, restituitque ad eam confugientibus incolumitatem. Ioanni Damasceno Leo Isaurus Iconoclasta manum abstulit; retulit restituitque Maria. D. Bernardus grauius decumbens, fratrem ad aram Mariæ ablegauit, pro se oratum. Eadem hora adfuit viro DEI Maria, SS. Laurentio & Benedicto stipata, *imponentesque ei manus & loca doloris attactu pyssimo lenientes, omnem protinus agridudinem depulerunt. Siccatius est enim illico phlegmatis riuus, & dolor omnis abscessit.* Fulberto Abbati Carnotensi DEI Mater ægrotanti apparuit per visum, aperuitque sacratissima vbera, quæ præbuit illi sugenda. Post sanguinem Seruatoris, nulla neque dulcior, neque efficacior inueniri potuit medicina. Adalbertus, qui primus ferè postea Bohemis, ac deinde Polonis Euangelij lucem intulit, atque etiam martyr Christi factus est, adhuc puerulus, graui, eoque admodum periculoso morbo affectus est. Ipsum ita laborantem, DEI Matri commendauerunt in hunc modum: *Non nobis, Domine, non nobis*

VII.

S. August. lib. 22. de ciuit. cap. 8.

Psal. 138. 17.

S. Athanas. in Euang. de Sanctiss. Deim para. Vide Petr. Canis. lib. 5. cap. 30.

Baron. Tom. 9. Anno. 727. n. 4. seqq.

V. Wilhelm. Abb. in vita S. Bern. lib. 1. cap. 12.

Baron. Tom. 11. An. 1028. 5.

Sur. 23. April. & Petr. Canis. lib. 5. de Deipar. c. 28.

nobis

440 *Cap. XL. Vigesima prima morb. causf. varia opera pietatis,*
nobis uiuat puer iste, sed clericus in DEI Matris honorem portet iu-
gum tuum. Qui ergo præcepit nobis, vt parentes nostros hono-
remus, vt ipse quoque, in exemplum nobis Matrem suam hono-
raret, ad istud votum illico effecit, vt in ictu oculi vis omnis do-
loris ab Adalberto recederet. Restitutus valetudinae puer, in-
eum virum euasit, qui duo regna Christo subijcere aggredederetur.
Addamus martyrem martyri. Graues dolores patiebatur ar-
dentissima febre perustus Andreas Trapezuntius, cum superos
mortalibus potentiores esse sciret, ad cæli Reginam confugit,
votoque perpetui calibatus illi facto, mox è mortis janua, ad li-
mina vitæ est reuocatus. Vt autem voti facti memor existeret
semper, albis vestibus amictus incessit. Nec satis fuit eum Dei-
paræ opem expertum contra febres, etiam expertus est contra
carnifices. Nam postea cum pro Christo multa atrocia tormen-
ta subijsser, flagellisque, pestinibus, ferreis vngulis ac scorpionibus
sic esset dilaniatus, vt pedibus consistere nequiret; cumque
maiora ei tormenta die altera pararentur, ad carcerem ductus,
ferreisque catenis ligatus, Virginis MARIÆ nomine inuocato,
mox stupentibus omnibus persanatus est. Vtque admiratio cre-
sceret, cum, die altero, accensus rabie carnifex, immani ictu
maxillam martyris decussisset, dentesque illius denudasset, fide-
lesque maxillæ carnem è terra sublatam, odoribusque miris re-
feratam, in templo S. Francisci reuerentia summa asseruassent,
atque etiam interea fortissimus heros maiora passurus in Tul-
lianum carcerem detrusus esset, altera illucescente die, produ-
ctus, omnibus attonitis, & acclamantibus, lætus sanusque ap-
paruit. Sed quis finis esset, si in hunc dicendi campum ingredi
vellem? Tota volumina plena sunt beneficijs Marianis. Videatur
Petrus Antonius Spinellus in Maria Deipara Throno DEI,
tractatu de exemplis ac miraculis Deiparæ; Ferreolus Locrius
in Maria Augusta; Horatius Turfellinus in historia Lauretana,
Casarius, Thomas Cantipratanus, Ioan. Bonifacius, Vincema-
la, Iustus Lipsius in Virgine Aspricollensi, & alij, qui de Monte
Serrato, in Hispania; de Maria Eremitana in Heluetia; de
Oettingana in Bauaria, deque mille alijs miraculosis seu statuis,
seu templis illius scripserunt.

114

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

.di. August 2

Pari modo infinitum negotium esset, miracula sanitarum, à ceteris Sanctis, eorumque imaginibus, templis, reliquijs obtenturum colligere; & utique vnus codex, quantumuis ingens, ea non caperet, quæ in tot voluminibus testatissimè narrantur. Nulla ferè est vita Sancti vltius, quæ eiuscemodi historijs non abundet; & vel ea, quæ de S. Stephano à S. Augustino recensentur, suprâ à nobis citata, multas paginas implent. Rectè S. Ioan. Damascenus Sanctorum reliquias appellauit *fontes salutiferos, ex quibus plurima ad nos beneficia manent, suauissimumq; unguentum profluat.* Ut de ceteris taceam, Thomas Fazellus testatur, ad solum D. Philippi Apostoli sepulchrum, quotannis in Sicilia plurimos energumenos diro hospite liberari; ac Anno quidè 1541. ducentas feminas diabolica seruitute fuisse solutas. Eamdem virtutem attribuit Rupertus Tuitiensis Abbas, S. Heriberti Colonienfis Episcopi sepulchro, & Wertenses Monachi S. Lutgero Monasterienfi Episcopo; & Albinus Flaccus S. Richario. *Quod idem hodie cernimus fieri, in Belgio, vt in Brabantia Gela, ad S. Dymna ossa, & Rothnaco Flandria, ad reliquias D. Hermetis,* ait Ioan. Busæus. Ac, ne longiùs eamus, in vicinia nostra, hoc est, in Monte sancto, Andex dicto, quot, & quanta, singulis annis, annotantur, & (more antiquo, quem S. Augustinus laudans ipse vsurpauit) publicè peregrinis illuc vndique, vel voti, vel pietatis causa, confluentibus miracula sanitarum recitantur? Enimverò, ne extra urbem ire necesse sit, quàm multa & luculenta, dum ego hic Monachij versor, vel in crypta Beatissimæ Virginis, vel ad S. Bennonem, vel etiam ad aram & lampadem S. Ignatij Loyolæ miracula contigerunt? Quid, quòd ferè singuli casus, singuli morbi, singula membra suos habent patronos? In periculis fluminum, non solùm S. Petrus, aut S. Paulus, sed etiam S. Nicolaus, S. Claudius, S. Franciscus Xauerius; quin in primis etiam *maris stella* MARIA inuocatur vtiliter. In periculis incendiolorum, S. Florianus; Aère infecto, & pestilentia grassante, S. Sebastianus, S. Adrianus, S. Antonius, S. Rochus, S. Carolus Borromæus, S. Rosalia: In alijs febribus D. Petrus, & S. Genouefa: In doloribus oculorum, S. Lucia, & S. Otilia: In dentium cruciatu, S. Apollonia: In angina S. Wigbertus: Si officulum

Kkk

vel

VIII.

S. Ioan. Damascen. li. 4.
de orthod.
fid. cap. 2.

Rupert. in vita S. Heriberti. cap. vit.
Wertens. l. 3.
vit. S. Lutgeri Abin. in vit. S. Richarij.

Ioan. Busæus in Panario. verb. beneficia.

S. Augustin. lib. 22. de ciuit. cap. 8.

442 Cap. XL. Vigesima prima morb. causf. varia opera pietatis.
vel spina in faucibus hæsit, S. Blasius: In gangræna, siue cancro,
S. Agatha: In calculo & renum doloribus, ac hernia, S. Drogo: In
puerperio S. Ignatius Loyola: Deniq; in his & alijs morbis Diui,
quos hac ipsa de causa Auxiliatores, maiores nostri nominaue-
runt. Horum aliorumque Sanctorum auxilia tam sunt multa,
vt non possint numerari; tam manifesta, vt nequeant negari.
Ob quem fructum, meritò laudanda & imitanda est SS. Patrum,
Nectarij, Ephrem, Nazianzeni, Nysseni, Ambrosij, Chrysofomi,
Hieronymi, Augustini, aliorumque, & totius Ecclesiæ vetus con-
suetudo, dicentium *S. Maria, ora pro nobis. S. Petre ora pro nobis;*
ceterosque Sanctos, in quacumque necessitate, atque etiam ex-
tra necessitatem, inuocantium. Certè è Scripturâ constat, pium
ac vtile esse, inuocare Sanctos in hac vita existentes; quod ipse
Paulus fecit: *Orationi instate, orantes simul & pro nobis: item, Fra-*
tres, orate pro nobis, vt sermo DEI currat, & clarificetur. Si pium
& vtile est inuocare istos, cur non etiam illos, qui cum Christo
regnant? Si non est injuriosum Christo & Deo, inuocare mor-
tales, cur sit injuriosum, inuocare immortales? An plus possunt
in terris militantes, quàm triumphantes in celo? Si inuocare,
Sanctos in terra, non est diffidere Deo & Christo, cur est diffi-
dere Deo & Christo, inuocare Sanctos in celo? Si veteris Testa-
menti animæ vel in limbo, vel in inferno existentes nō sciuerunt,
quid apud viuos ageretur, non tamen consequens est, etiam illos,
qui iam cum Christo regnant, id ignorasse. Ac sanè tot & tam
manifesta eorum beneficia clarè ostendunt, nec latere eos no-
stras preces, neque preces nostras frustra ad eos fundi.

IX.

4. Itaque vel hinc constat, tria bonorum operum genera,
in morbis vtilia esse remedia, orationem, jeiunium, & eleemo-
synam; siue orationes ad Deum ipsum, siue ad Sanctos dirigantur.
De oratione satis dictum est, cum & inuocatio Sanctorum,
sit oratio. Sed nominatim hoc in morbis pharmacum esse adhibi-
tum, ostendit D. Chrysofomus, qui Monachorum suorum in-
stituta recensens ait: *Quòd si quis infirmatus fuerit, non lamenta,*
non lachryma, sed perpetua funduntur preces. Non ibi medicorum
operatur manus, sed fides sape sola sanauit infirmum. Nempe & si
opus fuerit medicis, magna & hic ostenditur Philosophia, ingensq;
ostendi.

S. Chrysof.
hom. 14 in
1. Tim.

ostenditur tolerantia. Illustre eiuscemodi exemplum legimus in vita Pachomij de quodam fratre, qui patientia senis amulus & imitator erat, is, cum staret ad orationem, percussit scorpius pedem eius, & adeo virus infudit, ut usq. ad cor eius dolor excurreret. & spiritum paulo minus exhalaret. Qui licet sit affectus extremo cruciatu, non tamen se commouit a loco suo, donec finiretur oratio: pro quo statim Pachomius preces CHRISTO fudit, & pristina sanitati restituit. Itaque non solum sanctum, sed etiam expeditum infirmitatis remedium est oratio, quæ tam habetur in promptu, quam lingua. Ora tu Sanctum, non segnius orabit Sanctus DEVM. Orationi subinde iungendum est jeiunium, præsertim, quando contra cacodæmonem ferociorem res gerenda est, ut monuit ipse Dominus Apostolos, dicens: *Hoc autem genus non eijcitur, nisi per orationem & jeiunium.* Vide, ait S. Augullinus, *quanta sit jeiuniorum virtus, ut id facere jeiunia valeant, quod Apostoli nequiverunt.* & S. Athanasius: *Vides, quid faciat jeiunium? morbos sanat, distillationes exsiccat, demones fugat, à quibus multi morbi procurantur, ut in lob apparuit.* Et infra: *Quisquis ab immundo spiritu vexatur, certum habere debet, hoc pharmaco jeiunij statim spiritus malos afflictos abscedere, vim jeiunij metuentes.* Denique S. Gregorius Nazianzenus, exponens, quibus armis sancta Virgo diabolum, magicalque artes à se repulerit, *jeiunij, inquit, & humicubationis pharmacum objecit.* Notum est enim, ad jeiunium, humicubationes, flagella, & cilicia ceterasque arbitrarias corporis castigationes reuocari. Iam ad tertium bonorum operum genus quod attinet, quis dubitet, misericordes misericordiam cõsequi, & eleemosynis redimi peccata, ob quæ sæpe nobis morbi infliguntur? Disertissimis verbis testificatur Petrus Damiani, se ægrotante, fratri cuidam nomine Leoni virum splendidum in somnis apparuisse, & inter alia iussisse, ut hæc ægrõto referret: *Nullam in medicina spem ponat, centum tantummodo pauperes pascat, & protinus se conualescere de languore, quem patitur, non diffidat.* Quo factò, est sanitas consecuta. In qua historia diuites obseruare debent, non satis esse, si, ut sanentur, duo minuta dent, aut vnicum panis frustum pauperi per fenestram proijciant excipiendum. Petrus Damiani, pius alioqui vir, *centum pauperes*

Kkk 2

pascere

Heribert.
Rolvveid. l. x.
de vit. PP.
in vita S. Pa-
chomij. c. 50.

Matth. 17. 20.
S. Augullin.
serm. 65. de
temp.
S. Athanaſ.
lib. de Vir-
ginit.

S. Greg. Naz.
in orat. de
laudib. Cy-
priani.

Petr. Dam.
epist. 170. ad
Rodul.

Tob. 4. 9.

S. Chrysoft.
hom. 37. ad
pop.

Chrysoft.

Luc. 8. 43.

M. 1. 1. 1.

M. 1. 1. 2.

M. 1. 1. 3.

M. 1. 1. 4.

M. 1. 1. 5.

M. 1. 1. 6.

M. 1. 1. 7.

M. 1. 1. 8.

M. 1. 1. 9.

M. 1. 1. 10.

M. 1. 1. 11.

M. 1. 1. 12.

M. 1. 1. 13.

M. 1. 1. 14.

M. 1. 1. 15.

M. 1. 1. 16.

M. 1. 1. 17.

M. 1. 1. 18.

M. 1. 1. 19.

M. 1. 1. 20.

M. 1. 1. 21.

M. 1. 1. 22.

M. 1. 1. 23.

M. 1. 1. 24.

M. 1. 1. 25.

M. 1. 1. 26.

M. 1. 1. 27.

M. 1. 1. 28.

M. 1. 1. 29.

M. 1. 1. 30.

M. 1. 1. 31.

M. 1. 1. 32.

M. 1. 1. 33.

M. 1. 1. 34.

M. 1. 1. 35.

M. 1. 1. 36.

M. 1. 1. 37.

M. 1. 1. 38.

M. 1. 1. 39.

M. 1. 1. 40.

pascere iubetur. Et Tobias ad filium suum ait: *Quo modo potueris, ita esto misericors: si multum tibi fuerit, abundanter tribue.* D. Chrysoftomus ait: *Non dare, sed cum copia dare, eleemosyna est;* additq; ideò eos, qui dicunt: *Miserere mei DEVS, secundum magnam misericordiam tuam,* debere etiã misereri pauperum, secundum magnam eleemosynam suam. Quantum pecuniarum effunditur sæpe in medicos? quantum in pharmacopolas & medicinas? & misera illa mulier, qua in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari, ideò coacta est aliud remedium quærere. Nonne rectè quæsiuit apud CHRISTVM? Quærite & vos, diuites, apud CHRISVVM, cui datur, quidquid pauperi datur. At quando pauperi datur tantum, quantum in medicos expenditur & medicinas? piaculum putaretur, si quis suaderet, tantumdem in egenos opulento ægrotò, quantum in medicos esse exponendum. Nimirum plus spei ponitur in arte medici, quàm in opere virtuteq; CHRISTI; & multis chariores sunt opes, quàm bona valetudo; hinc malunt diuites ægrotare, quàm aliquid de opibus perdere causã sanitatis. Qui efficaci exemplo instruendi sunt, quid eleemosyna cum ieiunio possit, quod à fidei eius temporis Scriptore, atque inde à Baronio Anno 959. his verbis narratur.

X.

Baron. Tom.

10. An. 959.

n. 3.

Per hoc tempus Arnulphus Marchio Flandria dominabatur, vir valde opulentus quouis genere diuitiarum, vti hodieq; clares in ditiore eius sobole. Is morbo grauissimo vexatus, nullam ex tantis opibus ei potuit adhibere curationem: rectè enim quadrabat versus ille:

Eger diues habet nummos, se non habet ipsum.

perpetuis enim cruciamentis conficiebat eum calculus, morbus intolerabilis, vrina meatus obstruens. Multi quidem ad eum aduolabant: medici, suam peritiam egregiè jactantes, vt scilicet à pecunioso homine nummos, & lautas epulas emungerent. Aiebant illi incisione opus esse, & sine ea nullam posse ei fieri medicinam: sed Princeps veritus, ne dum remedia vite capiat, vitam prorsus amittat, non patitur se vlla ratione incidi. Porrò medici ei animum addere volentes, illo inspectante, octodecim eodem morbo affectos inciderunt, eosq; omnes, dempto vno, qui mortuus est, breui curarunt. Sed ille vnus è vita ablatu facile confirmatus

firmavit Comitum animum, ne se pateretur incidi. Tandem DEO illi suam gratiam aspirante ad se reuersus, spem, quam inconsultè in hominum arte posuerat, in eo collocat, qui omnia curat solo sermone. Hausto enim bono odore fama B. Gerardi, praesertim ex illuminatione caeca mulieris: submisit admodum, per celerem nuntium, eum rogat, ut ad ipsum venire minimè grauetur. Venit ille, & Princeps honorificè occurrit venienti, eumq;, ut par erat, officiosissimè excipit: indicat cum lacrimis morbi acerbicatem: orat ut pro ipso DEVM omnipotentem deprecetur. At vir DEI, crede mihi, inquit, mi frater, non ego tanta mihi virtutis ac meriti conscius sum, ut tu quidquam huiusmodi à me homine vilissimo debeas exspectare; perfectorum istud est, eorum maxime, qui iam corpore exuti Domino semper assistunt. Ego verò quisnam sum, ut à me homine vilissimo rem tam difficilem exigas? Si vis, perfectam Domino committe medelam. At Comes è diuerso: Sentio, inquit, mi pater, quid velis: occasionem quaris ne id mihi prestes beneficij. Sed, quaeso te, praepotentis DEI benignitate fretus, ne mihi differas afferre remedium, quod ego certissimè mihi in tanta doloris acerbicite per tuas preces affuturum, polliceor. Noli, obsecro, inhumanum te mihi exhibere, sed miserere mei hominis moribundi, ut tui quoque Deus misereatur. Vt misericordes, ita exorabiles sunt Sancti. Itaque, Beatus vir sic respondit lacrymantis: Ne videaris frustra à me petisse remedium, indicabo tibi, quod facias: Iacta semper in Dominum cogitatum tuum, & quia multis auctus es diuitijs, aliquid ex eis erogato in pauperes, & poteris abolere enormitatem scelerum tuorum: propter peccata enim huiusmodi mala interdum accidunt. Ubi verò hac ratione, tibi Christum propitium reddideris, etiam optatam licebit recuperare salutem. Ad hac Comes: Gratissimum est, inquit, quod hortaris, serue DEI, modò possim Christi experiri clementiam. Ecce, instar Zachaei illius euangelici, dimidium bonorum meorum do pauperibus, si tamen sopiri queat morbus grauissimus me miserè depaſcens. Deinde praecipit domesticis suis, ut fideliter sancti viri consilium exequantur. Facile enim merces iactantur, alioqui cum vita delerendæ, si naufragium instat. Porro autem indicit ei vir DEI, triduanum ieiunium, ipse pariter cum eo ieiunans, ut ea vitius parsimonia purgati, immò spiritali refectioe recreati digni ad percipienda Christi mysteria ambo accederent. Eo ieiunio religiosè, ut res exi-

446 Cap. XL. Vigesima prima morb. caus. varia opera pietatis.
 gebat, expleto sanctorumq; suffragijs lachrymosè imploratis, vir DEI
 diuinis accingitur armis, Missamq; suo more lachrymabundus celebrat.
 Cumq; jam sacramentis impisset Eucharistiam, & Marchioni quoq; in-
 hianter exspectanti eam impertisset, confestim reddendi loci appetitu
 Marchio corripitur. Itaque secedens, cum vrina, nullo negotio, calcu-
 lum eicit, & pristinae sanitati mirabiliter restitutum se gratulatur.
 Qua illius animum tum exultatio obtinuerit, quas DEI laudes omnes
 illi fauentes deprompserint, quanta erga virum DEI extiterit venera-
 tio, nemo nisi fallor requirit, cum nulla id possit à nobis ratione expli-
 cari. Subdit author de eiusdem S. Gerardi contemptu diuitia-
 rum, cum ab offerente Arnulpho ingentem pecuniae thesaurum
 accipere noluit. Suscepit verò laborem, nempe oblatam curam
 monasteriorum totius Flandriae, quae reuiuiscere fecit monasti-
 ca disciplina. Ipse verò Comes curatus corpore, & anima pari-
 ter conualuit, pristinae vitae renuntians, ne quid deterius illi con-
 tingeret. Quid enim iuuat, corpus sanari, animo aegrotante?
 Morbum radicitus curat, qui causam morbi tollit. Quid au-
 tem causam morbi tolleret, optimè sciuit S. Gerardus, qui Mar-
 chioni sanguinem misit, dum per eleemosynas pecuniam mi-
 nuit. Siquidem *Ignem ardentem exstinguit aqua, & eleemosyna re-
 sistit peccatis.* Plus dicit Seruator: *Date eleemosynam, & ecce om-
 nia munda sunt vobis.* Mirissimum mirum est, tam multos esse,
 quibus cum anima iam in labijs exitum expectat, tamen non in-
 cidit, pecuniam & opes suas alioqui deserendas, si non pro corpo-
 ris, saltem pro animae salute in pauperes, aliosque pios vsus esse
 collocandas. Malunt scilicet eam incertis, & fortasse etiam in-
 gratis haeredibus relinquere, quam in commodum suum conuer-
 tere. Usque adeò homines letho & Lethaeis aquis, immò flami-
 nis vicini, suimet obliuiscuntur.

Eccli. 3. 13.

Luc. 11. 43.

XI.

S Augustin:
 lib. 22. de ci-
 uit. cap. 8.

Idem lib. de
 cura pro
 mortuis ge-
 renda. cap. 12.
 & 13.

5. Docet D. Augustinus, sanitatis, & omnis generis mira-
 cula vniuersim, fieri etiam per Sacramenta CHRISTI. Et quidem,
 vt à Baptismo incipiamus, scribit idem S. Pater, & prolixè dispu-
 tat, de quodam Curma, Municipij Tulliensis, quod Hipponi pro-
 ximum est, qui, cum aegrotaret, ablaris sensibus, penè mortuus jacuit
 aliquot diebus. Is multa mira vidit: Deinde ut à me baptizaretur,
 ait S. Augustinus, admonitus, iam factum esse, respondit. Cui rursus
 ille:

ille: qui cum eo loquebatur, Vade, inquit, verè baptizare, nam illud in visione vidisti. Post ista conualuit, perrexit Hipponem, Pascha iam appropinquabat, dedit nomen inter alios competentes, pariter cum plurimis, incognitus nobis: nec ille mihi visionem, nec cuiquam nostrorum indicare curauit. Donec, Augustino id aliunde audiente, vocatus ipse rem totam narravit. Luculentius est, quod in vita Valentini Episc. Interamnenfis, in hunc fere modum refertur. Fuit Roma Craton quidam summis oratoria facultatis laudibus ornatissimus, cui filius erat Chæremon nomine, qui iuuenis admodum eam incurerat agritudinem, ut incuruato dorso caput inter genua deprimeretur, tantaq; erat eius calamitas, ut nulla medicorum arte vel industria curari posset. Cumq; pater omnem salutis spem de filio abiecisset, extitit quidam Fonteius Tribunitius, qui eodem, & graniore etiam malo germanum suum vexatum fuisse dicebat, curatumq; à quodam Episcopo Valentino ciue Interamnenfi, viro magne sanctitatis, opinione celebri, & virtutum omnium splendore mirificè ornato. Craton Valentinum Romam vocari curat, ei filium & pecuniam offert, Episcopus pecuniam pauperibus dari iubet, sibi exigit animam Cratonis, ut, spretis Idolis, fidem Christi & baptismum suscipiat. Quæ & suscepit cum coniuge & tribus discipulis, postquam Chæremonem ex curuo rectum, ex mutoloquentem, ex idololatra Christianum recepit. Quàm malè faciunt, præsertim magnates, qui pompæ parandæ causâ, liberorum suorum baptismum in multos dies, inuicem hebdomades differunt, eosq; interim diaboli insidijs expositos relinquunt, qui sicut per baptismum arcetur, ita ante baptismum ad filios originali peccato inquinatos, vel inficiendos, vel necandos inuitatur. Certè Maria Ogniacensis, cum puer, ad ostium Ecclesiæ baptizaretur, vidit cacodæmonem à puero recedentem, eiusq; loco Spiritum sanctum in animam eius descendentem, Angelosq; jam aquis lustralibus mundatum stipantes. Protogenes certè, ut de eo refert Theodoretus, à multis vocatus, ut eorum infantes sanaret, protestatus est, se auxilio eis non prius esse posse, quàm ægri diuinum subirent lauacrum. Constat de Constantino Magno lepra foedissimè cooperio, non cæcorum infantium sanguine, sed sacro baptismatis rore mundato, quod remedium ei in somno

sugge-

Sur. Tom. 3.
14. Febr.

Iac. Victo-
riac. Card.
lib. 2. vitæ
Mariæ Og-
niac.

Theodoret.
hist. Trip 7.
33.
Niceph. li. 7.
hist c. 33. &
Baron tom. 3.
ad An 314.

Sur, Tom. 4.
11. Augusti.

Vide Ant.
auroult. c. 5.
tit. 7. Cate-
chismi hist.

XII,
L. Coel. La.
stant. lib. 4.
diuin Instit.
cap. 27.

fuggerunt SS. Apostoli Petrus & Paulus. Quale exemplum etiam legitur in vita S. Gaugerici Cameracensis Episcopi, de lepra per lustrales undas, velut in Iordane absterfa. Multi scabiem ponunt in thermis; Cephisia, Larine, Callirhoë, aut alia aqua salutare alijs varia mala corporis pepulerunt; longè salubrius est sacri baptismatis balneum, cuius vis vtriusque hominis & interni, & externi morbos potest abluere & sanare: vtrumque complura testantur exempla ab alijs commemorata.

6. Sacramenti Confirmationis, quod in fronte recipitur, quanta sit contra dæmonem vis, luculentè demonstrat Lactantius his verbis. *Quanto terrori sit dæmonibus hoc signum, sciet, qui viderit, quatenus adiurati per Christum, de corporibus, quæ obsederint, fugiant. Nam sicut ipse, cum inter homines ageret, universos dæmonas verbo fugabat; hominumq; mentes emotas, & malis incurfibus furiatas, in sensus pristinos reponebat: ita nunc sectatores eius, eisdem spiritibus inquinatos, de hominibus, & nomine magistri sui, & signo passionis excludunt. Cuius rei non difficilis est probatio. Nam cum Dijs suis immolant, si assistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant. Nec responsa potest consultus reddere vates. Et hæc sæpe causa præcipua iustitiam persequendi, malis regibus fuit. Cum enim quidam nostrorum, sacrificantibus dominis assisterent; imposito frontibus signo, Deos eorum fugauerunt; ne possent in visceribus hostiarum futura depingere. Quod cum intelligerent aruspices; instigantibus iisdem dæmonibus, quibus profecrârunt; conquærentes, profanos homines sacris interesse, egerunt principes suos in furorem; ut expugnarent Dei templum; seq; vero sacrilegio contaminarent; quod gravissimis persequentium pœnis expiaretur. Nec tamen ex hoc ipso cæci homines intelligere possunt, aut hæc esse veram religionem, cui ad vincendum tanta vis inest; aut illam falsam, quæ subsistere, aut congrædi non potest. Itaque, ait paulò post: Quoniam neque accedere ad eos possunt, in quibus caestem notam viderint; neque ijs nocere, quos signum immortale munierit, tamquam inexpugnabilis murus; laceffunt eos per homines, & manibus persequuntur alienis, quos profectò sisse consitentur, vicinus. Necesse est enim veram esse hæc religionem, quæ & rationem dæmonum novit, & astutiam intelligit, & vim retundit; & eos spiritualibus armis domitos, ac subactos, cedere*

cedere sibi cogit. Si negant, testimonijs Pœtarum, ac Philosophorum, reselluntur. Quod fuisse, & malos esse, inficias non eunt; quid superest, nisi ut alios dicant esse Deos, alios demones? Hoc igitur potest signum Christi, quod in fronte recipitur, seu character Sacramenti Confirmationis, ut non tantum pellat demones, sed etiam, ut homines illuminet, doceatque, demones non esse Deos. Nec verò tantum mentis cæcitatem tollere potest hoc Sacramentum, sed etiã corporis oculos illuminavit. Ita cæcus in Suecia, per sacrum Chrisma, à S. Remberto secundo Bremensis Ecclesiæ ArchiEpiscopo, ante annos circiter octingentos, luminis vsuram recepit. Ita & alius cæcus, cum à B. Farone Meldensi Episc. sacro Chrismate vngeretur, solem, quem nunquam viderat, cœpit intueri. Lunaticum mentis cæcitatem deposuisse, cum à S. Malcho Ep. D. Bernardi præceptore susciperet hoc Sacramentum, testatur ipse S. Bernardus. Quæ omnia heterodoxos quoque deberent illuminare, ut manuum impositionis ab Apostolis factæ meminissent, neque hoc Sacramentum à se eliminarent. Sed nolunt confirmari in fide, qui obdurati sunt in errore.

7. SS. Eucharistia, quid non posset contra inualetudinem, cum sit potentissima contra demone inualetudinis non raro authorem? Apud Cassianum, quidam à Stygijs Iaruis grauiter infestatus, cum ex seniorum consilio, salutari SS. Eucharistiæ medicina vsus esset, *ita omnis diabolica tentationis scena detecta est, ut mox virtute Dominici corporis protegente, illa præterita illusionis consuetudo cessaret.* S. Macarius palam affirmavit, incantationem magicam, in illam multerem, quam à maleficio liberavit, vim habuisse, quòd S. Eucharistiam sumere, multis diebus, neglexisset. Enimvero S. Bernardus pauperem quemdam, imposita tantum Eucharistiâ in eius caput, ab humani generis hoste, miseraque & diuturna vexatione, per vxoris odium illatâ, liberavit. Valde luculentum autem est illud, quod idem Bernardus Mediolani fecit cum matrona honorata à demone infesta, & miris modis diuexata, quam ad altare adduci iussit, ut ipse, & populus pro ea oraret. Postquam autem, inter sacrificandum, cruce non minus nec rariùs super demone, quam hostiam facta, diu damnatum spiritum cruciavit, efficacius eum aggressurus, patenæ calicis

Sur. Tom. 1.
4. Febr. in
vita S. Rem-
berti.

Sur. Tom 5:
in vita eius.
28 Octob. c. 6.

S. Bern. in
vit. S. Mal-
chiz, cap. 5.

XIII.

Cassian. col-
lat. 22. c. 6.

Pallad in hist.
Laufiac. e. 19.

In vita S. Ber-
nard lib. 1.
c. 10. Guilh.
Idem lib. 2.

450 Cap. XL. *Vigesima prima morb. causs varia opera pietatis.*
corpus Domini imponens, & mulieris capiti superponens; ita
illum est allocutus: *Adest, iniquus spiritus, iudex tuus, adest sum-*
ma potestas; iam resiste, si potes; adest ille, qui pro nostra salute pas-
sus, nunc, inquit, Princeps mundi eijcietur foras. Hoc illud corpus est,
quod de corpore Virginis sumptum est; quod in tumulo jacuit; quod de
morte surrexit; quod, videntibus discipulis, ascendit in calum. In huius
ergo maiestatis terribili potestate tibi spiritus maligne, precipio, ut ab
hac ancilla eius egrediens, contingere eam deinceps non praesumas.
Dixit, & sacrificio nondum finito, Alastor fugit, feminam DEO
& Bernardo liberatori, gratias ingentes agente. Nimirum, cum
fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quae possidet. Si
autem fortior eo superveniens vicerit eum, uniuersa arma eius au-
feret, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.

Luc. 11. 21.

XIV.

S Greg. Naz.
in orat. de fu-
nere patris.
Idem orat.
in laudem
Gorgoniae.

Innumera sunt consimilia. Nec deest copia eorum, qui
non à dæmone quidem, sed à veris morbis, per SS. Eucharistiam
sunt sanati. Hoc patri & matri suæ contigisse, testatur S. Gre-
gorius Nazianzenus. Hoc idem refert euenisse sorori suæ Gor-
goniæ, membrorum omnium dissolutione, & grauissimis cru-
ciatibus laboranti, cum ad S. Eucharistiam oraret. Graphice
rem ipse describit in hunc modum. *Ad omnes huius miraculi fama*
permanuit, atq; hac historia cum admirandis alijs DEI operibus, &
viribus in omnium linguis auribusq; versatur. Egro erat soror mea
Gorgonia corpore, pessimeq; affecto, ac morbus insolens erat, ac prodi-
giosus, & velut ebullitio quedam & feruor sanguinis, ac deinde eiusdem
concretio, & torpor pallorq; incredibilis, ac mentis membrorumq;
dissolutio; idq; non per locorum interualla, sed nonnumquam etiam ad-
modum continuè: nec malum hoc humanum esse iudicabatur. Nec
verò tum separatim, tum etiam inter se de morbi ratione consultantiū
ars & industria depellendo dolori par esse poterat. nec parentum lachry-
ma, quae multum saepe valuerant nec publicæ preces & supplicatione,
quas ut pro sua quisq; salute, uniuersus populus faciebat: omnes enim
eo animo erant, ut illius salutem suam esse salutem ducerent: quem-
admodum contra communem illius morbum, communem omnium,
morbum & calamitatem. Quid igitur magna illa anima, maximiq;
digna facit, & quam dolori medicinam adhibet? hic enim iam arca-
num situm est. Desperatis aliorum omnium auxilijs, ad mortaliū

omnium

omnium medicum confugit, noctisq; intempesta caligine observata, cum leuius aliquando morbus urgeret, ad altare cum fide procumbit, eumq; qui super illud colitur, cum magno clamore obtestans, omnibusq; nominibus appellans; atq; omnium rerum, quas umquam mirifice gesserat, commonefaciens (nam utriusq; Testamenti historias callebat) tandem pia ac preclara quadam impudentia effertur: eam, qua CHRISTI simbram tangens sanguinis profluuium compresserat, imitatur: quid fecerit, audite. Caput cum pari clamore, uberrimisq; lachrymis, muliercula illius instar, qua olim CHRISTI pedes irrigarat, altari admo- uens, nec se ante ab eo discessuram minitans, quam sanitatem consecuta sit; ac deinde hoc suo pharmaco totum corpus perungens, & sicubi quippiam Sacramenti pretiosi corporis & sanguinis manus condiderat, id lachrymis admiscens (rem admirandam!) protinus se liberatam morbo sentit; atq; & corpore, & animo, & mente leuis abscedit, hanc spei mercedem consecuta, ut quod sperauerat, obtineret, animaq; firmitate corporis firmitatem compararet. Quid ni altaris attactu speraret mulier sanitatem, in quo Eucharistia adorabatur, qua vite fontem continebat? Nec vitæ tantum, sed etiam omnium operationum vitæ debitarum. S. Gregorium audiamus, Exigente

S. Greg. lib. 2.
dial. 6. 3.

caussa Gothorum, vir beatissimus Agapitus, huius sanctæ Romana Ec- clesia Pontifex, cui, DEO dispensante, deseruio, ad Iustinianum Principem accessit. Cui adhuc pergenti quadam die in Graciarum iam partibus, curandus oblatus est mutus & claudus, qui neq; vlla verba edere, neq; ex terra umquam surgere valebat. Cumq; hunc pro- pinqui illius flentes obtulissent, vir Domini sollicitè requisivit, an eura- tionis illius haberent fidem? Cui dum in virtute DEI ex auctoritate Petri, fixam salutem illius sperare se, dicerent, protinus veneran- dus vir orationi incubuit, & Missarum solemniam exorsus, Sacrificium in conspectu DEI Omnipotentis immolauit. Quo peracto, ab altari exiens, claudi manum tenuit, atq; assistente, & aspiciente populo, eum mox a terra in proprijs gressibus, erexit. Cumq; ei Dominicum Cor- pui in os mitteret, illa diu muta, ad loquendum lingua soluta est. Mi- rati omnes, flere pra gaudio coeperunt, eorumq; mentes illico metus, & reuerentia inuasit, cum videlicet cernerent, quid Agapitus facere in virtute Domini, ex adiutorio Petri potuisset.

XV.

8, Præstantissimum contra morbos antidotum est Sacra-
LII 2 men-

mentum pœnitentiæ, quod etsi præcipuè & peculiariter à Christo institutum est, ad morbos animi curandos, vt tamen peccata remouet, quæ plurimum sunt causa corporalium morborum; ita etiam non raro remouet morbos quoque ipsos, qui à nobis non alijs rebus, quàm peccatis nostris ascribendi sunt. *Sape domum quis suam egressus, ait S. Chrysostr. hominem vidit mon- oculum, vel claudicantem, & ominatus est. Hac est pompa satanica. Non enim hominis occursum malum facit esse diem; sed in peccatis ui- uere. Cum igitur domo exieris, id unum solum custodi, ne occurrat tibi peccatum: hoc enim est quod supplantat: præter hoc verò, nec ipse diabolus nos quippiam ledere poterit. Cauendum igitur est pecca- tum, ne in morbos conijciamur, ob illud; aut si in peccatum lapsi sumus, atque idcirco etiam in morbum (quis autem, si ægrotat, sibi præmittere potest, se id malum peccando non meruisse?)*

S. Chrysostr.
hom. 22. ad
pop.

2. Ioan. 1. 9. illico ad pœnitentiæ subsidium, animum applicemus, & confitea- mur peccata nostra. fidelis est, & iustus, vt remittat nobis peccata no- stra. Nec vllus peccator in tam profundum mali vllius bara- thrum cecidit, vnde per pœnitentiam emergere non possit. *Qui hucusq; ait S. Augustinus, in istis diabolicis rebus, captiuum diabolo tradidit se, toto corde pœnitentiam agat, & illa sacrilegia supradicta cum omni horrore fugiat, & contemnat, vt illi DEVS & indulgentiam dignetur dare, & ad æternam beatitudinem, ob gloriam nominis sui, faciat peruenire. Exemplis plurimis res est demonstrata. Ioan.*

S. Augustin.
serm. 241.

Ioan. Diaconus tria commemorat eorum, qui à demone occupati, mox vt peccatum S. Gregorio Magno confessi sunt, & hospitibus illis scruissimis, & poena liberati fuerunt. Quorum vnus, cum octies negasset, octies à demone, renouata vexatione, tortus est; nona demum vice, quâ furtum factus, percepta absolutione penitus diabolicam euasit seruitutem. Scripsit Petrus Cluniacensis Ab- bas, æqualis S. Bernardi, monachum quemdam truculentis mo- dis à Stygio veteratore vexatum; & postquam factus est, id malû, neq; oratione, neq; aquæ lustralis aspersione tolli potuisse, adje- cit causam his verbis. *Sed ne miretur aliquis benedicta aqua asper- sione demonem non fugatum: agnoscat tabe interioris latente vnguenta exterioris adhibita nihil proficere posse. Tabem autem uoco letale pec- catum, quod quâs diu in interioribus quibuslibet latuerit, nullius ex- terius*

Petr. Clun.
l. 1. mirac. c. 6.

terius Sacramenti perceptio ei prodesse poterit. D. Gregorius Tu-
ronensis Archidiaconum narrat, ob adulterij negati crimen, ad
S. Maximini cryptam protinus febris ita correptum, vt à mor-
te propè abesset; qui statim, vt confessus fuit, ab impulsu febris
erutus, sui Antistitis est in charitatem receptus. In vita S. Fran-
cisci refert S. Bonauentura, militem quemdam Gerardum,
nomine, vtroque oculo cæcum, quia duos è fratribus minori-
bus hospitio exceperat, atque in honorem S. Francisci peraman-
ter tractauerat, ita fuisse sanatum. Cùm rediissent domum fra-
tres illi, vni eorum apparuit D. Franciscus, iussitque eum surge-
re, & beneficium beneficio rependere, & cæco dicere, ob pec-
cata illi sua id malum accidisse, quæ poenitentia delere non cu-
raret. Indicauit hæc frater cæco, qui dum scelera sua sacramen-
tali confessione deleuit, etiam cum diuina gratia recepit lumen
oculorum. O miseri mortales, qui corpori vestro tam solliciti
estis, vt habeat incolumitatem, cur animam vestram negligitis?
Nonne anima plus est quàm corpus? satis est corpori prouisum,
si illi prouideris; nequaquam autem putandum est vicissim, il-
lico bene esse animæ, si corpori sit bene. *Querite primùm regnum*
Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiciuntur vobis, si quidem
animæ non obsint. Sæpe enim animæ prodest, si corpus ægro-
tet, iuxta illud: *Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accele-*
rauerunt. Et hæc diuinæ prouidentia rota, vt infirmitas trahat
ad poenitentiam; poenitentia rursus, in multis, tollat infirmi-
tatem. Sic ex morbo ipso, velut è vipera, fit medicina animæ;
& sanitas corporis sequitur animæ sanitatem. Quod Thomas
Cantipratanus in hoc exemplo ostendit. *Erat vir multis notus*
& clarus in Burgundia partibus, qui quidem aliquanto tempore in
iuuentute sinceriter conuersatus, postea à virtute tepescens, cæpit ad
vitia declinare. Nec mora, squalenti mente tabescens, incidit in lan-
guorem, nec tamen Dei manum castigantis agnouit, sed mala malis
accumulans, pallore vultus & macie, quasi homo ignis aterni, misera-
biliter habitabatur ad pœnam. Cùmq; nulla medicorum cura pro-
ficeret, nec saltem ei languentis vitæ causam aliquis aperiret, tandem
in se reuersus, solam miseriae corporalis causam, languorem animæ,
diuinâ miseratione præuentum, poenitens intellexit. Confessus ergo cum

S. Greg. Tur̄
de glor. Con-
fess. cap. 93.

S. Bonau. in
vita S. Franc.
cap. 5.

Matth. 12; 32

Psal. 15. 3.

Thom. Can-
tipr. l. 2. apud
cap. 50. §. 20

lachrymis cuidam sanctissimo Sacerdoti, statim ubi beneficium absolutionis accepit, similitudinem ferè busonum habentia in facie, sed diuersificata posterius, septem animalia cute teterrima, & parua, quasi vitiorum septem demonia, de ore simuleiecit. Mira res, vix modico temporis spatio interiecto, in tabem animalibus resolutis, reflorescere cepit caro prorsus & facies pœnitentis, menteq; & corpore integerrimè sospitatus, multis postea profuit ad exemplum. Hæc de duplici remedio Pœnitentiæ, cuius vis tanta est in animam, vt se etiam in corpus possit effundere.

XVI.

9. De extremæ vñctionis Sacramento, quid opus est disputare, cum id non solùm oleum infirmorum vocetur, ab Episcopo benedictum, vt ex diuina institutione eo vtamur, in extrema, ad luctam cum morte ineundam, vñctione, sed etiam sit ad corporis sanitatem institutum? Clarissima sunt verba S. Iacobi. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit remittentur ei.* Ob quam solam causam, omnibus votis hoc Sacramentum expetendum esset; sed tanta est Dei bonitas, vt ei etiam alium effectum adiunxerit, si quidem ægro ita conducat. Non rarò enim etiam prodest corporis sanitati, cum tamen non pauci eò vsque se sinant excæcari à principe tenebrarum, vt putent, sibi vel idcirco moriendum, si inungantur. Vnde & ab hoc Sacramento abhorrent, & id ita differunt, vt omnino negligant. O ignorantia diuinorum remediorum! Beda memorat, monialem energumenam à dæmone grauitè vulneratam, Sacerdoti hoc consilium dedisse: *Si oleum pro infirmis consecratum medicamento asperseris: sicq; me perunxeris, statim sanitati restituar.* Nam vidi quondam per Spiritum in quadam longius posita ciuitate, quam numquam corporalibus oculis vidi, puellam quamdam pari calamitate laborantem, taliter à Sacerdote curatam. Fecit, vt illa fugeretur, statimq; vlcus remedium, quod antè respuerat, accipere consensit. Beatus certè Auxentius Archimandrita non aliter morbis à Tartareo hoste illatis legitur solitus medicari, quàm oleo sancto. Quo eodem vnguento Eucheria vxor Agapij, veneficio attentata, cum ei intestina roderentur à S. Parthenio est sanata.

Iac. 5. 14.

V. Beda in
cap. 8. Lucæ,Metaphrast,
14. Febr.
Idem 7. Febr.

sanata. Similis huius olei effectus, in Annalibus nostris Anno 1599. Lugduni reportatus memoratur. *Ager magno febris astu conflictatus, inter confitendum, urgente morbo, de potestate mentis exierat. Iam de sua salute actum esse, sempiternis se supplicijs, apud inferos, damnatum clamitabat, nullius orationem auribus admittebat. Sacerdos, qui aures ei dabat, ubi furorem eius animo obstrepere animaduertit, ad diuina presidia, ubi deessent humana, confugiendum existimauit. Ita domesticos monet, ut sacrum oleum, quod ager, priusquam insaniret, postulauerat, celeriter adferendum curarent. Mira dictu visus, res! simul atque sacro rite inunctus est oleo, mentis sanitatem, paulo post etiam corporis valetudinem recuperauit. Ita in extrema Vnctionis Sacramento extremum salutis auxilium inuenit. Quod etiam alij inuenirent, si in sacris potius, quam profanis medicinis remedia quærere didicissent.*

10. Præter dicta Sacramentorum remedia, sunt alia, quæ ab Ecclesiastica Clauium potestate, id est, ab autoritate remittendi peccata, quam Ecclesia habet, sunt ad remissionem peccatorum Venialium instituta, vt aqua benedicta, benedictio Episcopalis, Oratio Dominica, Confessio generalis, Oratio in Ecclesia consecrata, Tunctio pectoris, &c. quæ omnia vocari solent *Sacramentalia* quædam; quorum vsu, quando est cum aliqua erga Deum reuerentia, & si saltem implicite refertur ad eum finem, ad quem sunt instituta, peccata quidem Venialia primariò remittuntur, faciunt tamen etiam ad alios fines, vt ad diabolum impediendum, eiiciendum, cruciandum, ad morbos pellendos. Constat hoc ex vsu, & antiquissima traditione Ecclesiæ, contra quam disputare, *insolentissima insania est*, teste S. Augustino. Porro cum hæc talia deleant peccata venialia *ex opere operato*, vel excitatione pij alicuius motus, non est huius loci discutere. Illud huc spectat, vt doceamus, etiam per talia morbos subinde tolli. Aqua benedicta duplex est, nimirum baptismalis, in vigilia Paschæ & Pentecostes consecrari solita, quæ iure Canonico est comprobata; & lustralis, quæ singulis Dominicis diebus benedicitur, tum ad supradictum finem venialium peccatorum abolendorum, (vnde diligenter est vsurpanda) tum nominatim etiam ad demonis insidias & artes auerruncandas; de qua aqua extat

epistola

Litt. An. Soc.
1599. An. 1599.
Lugduni.

XVII.
S. Thom. 3. p.
q. 87. n. 3.
Gregor. Val.
3. p. disp. 7.
q. 4. p. 1.

S. Augustin.
epist. 118.

c. in Sabbato
de cons. d. 4.

S. Clem. Rō.
lib. 8. Conflit
Apostol. c. 35.
Baron. Tom.
1. Annal. Sur.
in Chron.

epistola Alexandri I. Papæ; & constitutio S. Matthæi Apostoli, apud Clementem Romanum ista. *De aqua, & oleo ego Matthæus constituo, ut benedicat Episcopus aquam aut oleum: sin verò non aderit, benedicat Presbyter, presente Diacono. Cùm autem Episcopus aderit, assistant Presbyter & Diaconus. Dicat autem in hunc modum: Domine Sabaoth, Deus virtutum, creator aquarum, & largitor olei, miserator & amator hominum, qui dedisti aquam ad bibendum & abluendum, & oleum ad exhilarandum faciem in exultationem latitia: ipse etiam nunc sanctifica per Christum hanc aquam & oleum ex nomine eius, qui obtulit, vel quæ obtulit, & tribue ei vim sanandi & depellendi morbum, fugandi demones, expellendi insidias, per Christum spem nostram, cum quo tibi gloria, honor, & cultus, ac sancto Spiritui in secula. Amen. Valere hanc consecrationem, experientia testatur.*

XVIII.
B. Theodor.
lib. 5. hist.
cap. 21.

B. Epiphanius
hæres. 31.
Pallad. in
hist. Lausiac.
cap. 19.

Andoen. I. 2.
cap. 20.

Hanc autem contra dæmonem experientiam quōtidianæ historiæ plurimæ ostendunt. Marcellus Episcopus, apud B. Theodoretum, Iouis Apamæni sanum diruens, vidit Spectrum, Acheronticum obstare, ne materiam ligneam ignis consumeret. Quare crucis signaculo aquam benedixit, qua flammam aspersit accenditque, & spectrum fugavit. Iosephus quidam, apud Beatum Epiphanium, cùm adhuc Iudæus esset, hominem insanum, aquæ benedictæ aspersione restituit sanitati; vti & Macarius, pristinae formæ feminam, quæ magicis præstigijs in equam fuerat transformata, effusâ dumtaxat aquâ sacra in caput eius. Immò S. Eligius Nouiomensis Episcopus quinquaginta Energumenos simul, porrecta eis aqua benedicta, liberavit. S. Anno Archiepiscopus Colonienfis, in Germania, S. Maclouius in Gallia, S. Laurentius Dublinensis in Britannia, Wilibrordus, Hubertus, Vrsmarus, Theodorus, & alij passim Sancti, hoc rore sacro malignos Spiritus perexercuarunt, fugarunt. Anno Christi 1628. ego ipse in sollenni processione, die Veneris sacro, Ingolstadij, quemdam è Societate nostra Patrem, collegam meum, ac Theologiæ Professore, multa jam nocte comitatus sum, in quem è spectatorum turba audax quædam femina inuolauit, eiusque brachium aliquoties plana manu permulsi, quasi ei blandiretur. Vix manum reduxerat, cùm ingens, eodem in brachio

brachio dolor Patrem inuasit, quem vsque ad finem supplicatio-
nis coactus est tolerare. Vbi domum redijt, aqua benedicta
brachium abluit, simulque dolorem ex tempore absterfit. Di-
cebant omnes, me tunc ad hoc malum fuisse destinatum, quod
ea quadragesima, pro concione, vehementius in Sagas dixissem.
Sed Deus sciens infirmitatem meam, succidaneam substituit ho-
stiam, me patientiorem. Nec mirum est harum muliercularum
artes aquam pati non posse, cum ignibus debeantur.

Neque valet tantum contra diabolica, sed etiam contra
naturalia morborum mala lustralis hæc aqua. Antiochiæ, An.
Domini 390. illustris quædam mulier, cui nomen Euclia, qua-
tuoriam filios amiserat, iamque etiam quintus ardenti febre
laborans morti proximus erat. Mater itaque illius sollicitudi-
nis plena ad S. Chrysostomum aduolauit, eumque ardentissimis
precibus, pro filij sanitate rogauit. Ille autem, vbi diuinitus
vidit, parentum peccata filijs mortem accersere, *Hunc quoque,*
dixit: quintum, nisi eorum, qua fecistis, vos subierit poenitentia, vi-
debitis è vestigio mortuum, & exanimem. Quo audito, parentes
veram, & sinceram poenitentiam promiserunt. Itaque Chry-
sostomus, aquam iussit afferri, quam, cum ter signasset in nomine
SS. Trinitatis, & ter eam aspersisset ægrotum, à morbo liberum,
prorsusque sanum parentibus restituit. Simile miraculum pa-
trauit idem Diuus, ante fores templi, quod mulier Marcionis hæ-
resi infecta, & intestinorum tormina patiens, immò iam non
patiens, est deportata. Nam cum eam, eiusque maritum de er-
rore suo grauitè admonuisset, illique traditam à parentibus
hæresin ejurassent, flexus eorum oratione Ioannes, *iussit aquam*
afferri, cui cum diuinum signaculum iniecisset Pontifex, mulieri infu-
dit in Christi nomine. Quod quidem cum factum esset, qua in lecto de-
cumbebat, statim surrexit sana, & cum marito, & ciuibus, una voce,
vnanimè Christum magnificabant. Magnificarent fortasse & nostri
hæretici, si similem aquæ benedictæ fructum experirentur; enim-
uerò fortasse experirentur, si magnificarent. De Malachia Hi-
bernix Episcopo S. Bernardus hæc refert. *Malachias profectus à*
nobis prosperè peruenit in Scotiam: & inuenit David regem, qui ad
huc hodie superest, in quodam Castello suo, cuius filius infirmabatur ad

M m m mortem.

XIX.

Metaphrast.
13. Nou. in
vita S. Ioan.
Chrysost. An.
Domini. 390.

Idem. & refert
etiam Leo
Imp. in orat.
de laud. Io.
Chrysost.

S. Bernard in
vita S. Mala-
chiz. Sur. 3.
Nou. An. 1148.

mortem. Ad quem ingressus honorificè à rege susceptus, & humiliter exoratus, ut sanaret filium suum, aquà, cui benedixit, aspersit iuneni, & intuens in eum, ait: Confide, fili, non morieris, hac vice. Dixit hoc, & die sequenti secundùm dictum Propheta, secuta est sanitas, sanitatem latitia Patris, clamor & strepitus totius exultantis familia. Et pertransiens Scotiam, in ipso introitu Angliæ diuertit ad Ecclesiam Giffburnensem, ubi habitant viri religiosi, canonicam ducentes vitam, ab antiquo familiares ei pro suà religioſitate. Ibi adducta est ad eum mulier patiens morbum, quem Cancrum vulgò appellant, ipso horrendum visu, & sanauit eam. Nam ubi aquà, cui benedixit, aspersa sunt ulcerum loca, dolorem non sensit. Die verò sequenti vix ulcera apparebant.

XX.
S Greg. Tur. in vit. S. Quintiani. An. Dom. 506.
Paria scribit S. Gregorius Turonensis de S. Quintiano Auer-nensi Episcopo, Hortensium senatorij Ordinis virum, cum omni domo sua, ob superbam calumniam, maledicente; nam cum omnes febrì corripere-ntur, Hortensiusque ipse sibi metue-ret, veniam supplex petiuit. Quam ille breuissimè indulgens, benedictam aquam domui transmisit: illaq; per parietes respersa, omnis agri-tudo protinus est depulsa, ac magna ibi virtus apparuit: nam & qui morbum incurrerant, sanati sunt: & qui sanati erant, ultra non in-currerunt. Paria refert D. Gregorius de S. Fortunato à quodam Gotho duos pueros abductos repetente; qui quia reddere eos re-cusauit, lapso equo coxam bis fregit. Itaque ictus sapiens pue-ros reddidit, diacono dicens: Vade, & dic Domino meo Episcopo: Quia maledixisti mihi, ecce percussus sum: Sed pueros, quos quaesisti, recipe, & pro me, rogo, intercede. Susceptos itaq; pueros Diaconus ad Episcopum reduxit, cui benedictam aquam venerabilis Fortunatus statim dedit, dicens: Vade citius, & eam super iacentis corpus projice. Perrexit itaq; Diaconus, atque ad Gothum introgressus, benedictam aquam super membra illius aspersit. Res mira, & vehementer stupen-da! mox ut aqua benedicta Gothi coxam contigit, ita omnis fractura solidata est, & saluti pristina coxa restituta, ut horà eadem de lecto sur-geret, & ascenso equo ita cœptum iter ageret, ac si nullam umquam le-sionem corporis pertulisset. Factumq; est, ut qui sancto viro Fortu-nato pueros cum pretio reddere obedientiæ subiectus noluit, eos sine pre-tio pœna subactus donaret. Paria tradit Venerabilis Beda de B. Ioanne

S Greg lib. 1.
dial c. 10 Ba-
ron. Tom. 7.
An. 537. 11.

Ven. Beda l. 5.

Ioanne Episcopo Eboracense, qui Comitis cuiusdam vxorem grauiſſimo morbo liberauit, miſſâ aquâ benediçtâ, quam in dedicationem Eccleſiæ conſecrauerat, eamq; iuſſerat ab egra guſtari, nec non, vbi dolor vehementiſſimè ſaniebat, eadem aqua lauari decumbentem. Quo factò, femina illicò integris viribus ſurrexit. Paria memorat Petrus Damiani de S. Odilone Abbate Cluniaceniſi, qui Gerardum puerum lunaticum, magno ſæpe impetu humi cadentem, & inſtar mortui iacentem, porrecta aqua benediçta, protinus perſanauit. Paria teſtatur Edinerus de S. Anſelmo Cantuarienſi ArchiEpiscopo, qui impreſſo ſigno crucis, & aqua ſacra ſuper oculos cæci aſperſa, eum illuminauit. Eiuſdem generis, in vitis Sanctorum innumera ſunt, quæ enumerare velle, eſt velle Nilum exhaurire.

Hæc autem ipſa ſatis multa libuit, è probatis Authoribus afferre, non ſolùm ad cæcitatem ex oculis hæreticorum amouendam, ſed etiam ad ipſos Catholicos excitandos, vt tam antiquum, & non ſolùm animæ, ſed ipſi etiam corpori ſalutarem Eccleſiæ ritum, ſua negligentia non ſinant abrogari; ſed maiorum ſuorum laudabili more, ſingulis diebus Dominicis, aquam è templo luſtralem ſecum domum referant, ad egreſſum cubiculi, & hypocauſti ſuſpendant, eaque aſperſa, ſe ſe contra omnes diaboli inſidias muniant, & dum in vaſculum illius digiti intingunt, putent ſe cum S. Thoma digiti in vulnera Chriſti, manum in latus Saluatoris immittere, & diuino ſanguine petant, iam hanc, iam illam ſibi negligentiam, culpamque ablui. Vt verò aqua benediçta valida eſt contra dæmones, & maleficia, ita & prodeſt benediçtio ſalis, panis, vini, olei, cereorum, herbarum, palmarum, &c. mera enim ſunt remedia iſta ſpiritualia, etiam corporis vtilia incolumitati. *Quia omnis creatura DEI ſanctificatur, per verbum DEI & orationem.* Hinc & illæ ceræ, quas Agnos DEI vocant, certis temporibus à ſummo Pontifice conſecratos; reliquiæ Sanctorum, ſymbolum Apoſtolorum, initium Euangelij S. Ioannis, ſimiliaque ſacra amuleta, ab Eccleſia uſurpari ſolita, omni falſitate, vanitate, & ſuperſtitione carentia, non debent in deſuetudinem deuenire. Profani ſunt, qui ſacra negligunt; impij, qui contemnunt. Exempla paſſim occurrunt,

M m m 2

& à

hiſt. Angl.
c. 4. An. Dom.
723.

Petr. Dam. in
vita S. Odilone.
An. Dom.
1048.
Edin. Angl.
l. 2. vit. S. Anſelmi.
Ann.
1106.

X X I.

1. Tim. 4. 4.

Mart. Delr. 3.
p. Disquis.

& à Delrio recitatur. De Agnis Dei integer Vincentij Bonardâ liber extat. Vnicum hîc exemplum interferam, in quo vnico varia remedia cacodæmonis pellendi, per Exorcismos, per peregrinationes, per D. Virginis patrocinium, per orationes piarum, &c. indicantur; sed præcipuè, quàm cauendæ sint imprecationes, & diabolorum inuocationes: quod à me ad populum aliquando, non sine fructu, est recitatum.

C A P V T X L I.

Damonis, Oetinga in Bauaria ejecti, luculenta historia, qua ostenditur, DEVM non tantum, per hunc spiritum, plectere peccantes, sed etiam vim suam, suorumq;, & maximè B. Virginis Maria demonstrare.

I.

D Martinus Eisengreinius in lib. de veteri sacello B. Virginis apud Oetingam c. 14. Valentin. Leichtius in Viridario regio lib. 2. c. 111. alijque scribunt, quod ego ipse adhuc puer sapius audiui referri à compluribus, qui interfuerunt, & iam narraturus sum. Anno 1570. Augustæ, apud perillustrem Dominum Marcum Fuggerum seniore, in gynæceo, Virgo nobilis septemdecim circiter annorum fuit, nomen illi erat Anna de Bernhausen, cui nec auorum profapia, nec frontis forma defuit. Verè 1. Cor. 2. 11. dicitur: *Quis hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?* Heu quoties latet anguis in herba? quoties sub clypeo absconditur fida? sub Angeli vultu diabolus? Nam etiam illa puella aliud vultu præ se tulit, aliud in pectore circumtulit; quæ octo totis annis, & adeò ab anno nono ætatis, à diabolo infesta fuit. Diu versipellis latuit, donec & potestas, & numerus malorum hospitum cresceret. Nam, vt in Euangelio de alia quapiam legimus, septem in illam nequam spiritus intrauerunt. Hi, possessione accepta, varijs ex ea linguis loqui, occulta hominum peccata pandere, iacere scommata, reuelare absentia, non rarò etiam puellam humi affigere, aut de terra in altum rapere solebant, vexatamq; non rarò pro mortua relinquere: Miseranda res fuit, nobilem